


7856 in basi columnae aereae pulcherrimi operis circumdatae corona laurea, cuius multa folia supersunt. Rep. m. Febr. a. 1864 inter rudera aedis formae quadratae factae ex saxis sine caemento coniunctis, in quibus rudibus item nummi Punico-Sardi multi inscripti nominibus sufetum Mutambalis et Ricocis reperti sunt (Spano *idoletti di Teti* p. 36), prope vicum Pauli (sive S. Nicolai) Gerrei in loco q. d. Santuacci secundo lapide a villa notarii Mich. Cappai, qui adquisivit. Deinde fuit apud Spanum. Hodie ex dono eius Taurinis extat in academia.



Vidi repetivique supra ad tabulam Taurinensem (vide infra). Gorresio *Bull. Sardo* 1862 p. 25; Spano *illustrazione di una base votiva in bronzo con iscrizione trilingue* in actis acad. Taur. ser. II vol. 20 (1863) p. 87—117 et *catt. di Ottana* 1870 p. 47 seq. adiecta tabula et interpretatione Punicorum Amadei Peyron; Garrucci in eph. *études religieuses philos. hist. et littéraires par les pères de la soc. de Jésus N. S.* 1 (1862) p. 551 et syll. n. 2200 tab. 2 n. 8. Tabula solitaria pulcherrime repraesentatam edidit academia Taurinensis s. d. 12. Iun. 1877. Tractaverunt praeter supra citatos M. A. Levy *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft* 18 (1864) p. 53 seq.; Paulus Cassel *die dreisprachige sardinische Inschrift* (Berolini 1864. 8 pp. 16); H. Ewald in *actores soc. Gottingensis* vol. 12 (1866) p. 74. 109—114. 117. 118; Ritschl et Gildemeister *mus. Rhen.* n. s. 20 (1865) p. 4 seq. = Ritschl *opusc.* 4, 657 seq.; Schröder *die phönizische Sprache* (Halle 1869) p. 249 quique apud eum laudantur.

Cleon salari(us) soc(iorum) s(ervus) Aescolapio Merre domum dedit lubens merito merente. Ἀσκληπίω Μήρρη ἀνάθεμα βώμον ἔστησε Κλέων ὁ ἐπὶ τῶν ἀλῶν κατὰ πρόσταγμα (id est, ut recte observavit Ritschellius, ex imperio numinis). Punica sic vertit Gildemeister: 'Domino Esmun Merre (= ξένιος) aram aeneam pondo centum, quam vovit Cleon.... (sequuntur litterae quinque quibus videtur significari servi nomen Punicum, fortasse J'chesgam) curans salinas. Audivit vocem eius eumque sanavit. Anno sufetum Himilcat et Abdeshmun filii (vel filiorum) Hamlan'. — Salari(us) solvendum esse, non salari(orum) similiterve, ut viris doctis adhuc placuit, et ex scripturae ratione sequitur (nam aetate liberae rei publicae nominativum declinationis secundae et in nummis et alibi passim ita efferi nemo ignorat, nec minus salariorum similiaque non ita per compendium scribi solere) et ex verborum collocatione (nam socios salarios, non salarios socios usus legitimus requirit) et ex Graecis

in quibus est ὁ ἐπὶ τῶν ἀλῶν. Agi de salinis publicis populi Romani a publicanorum societate redemptis multi observarunt (cf. Marquardt *Staatsverwaltung* 2, 154). Scriptum esse titulum Ritschellius iudicavit saec. urbis VI exeunte vel VII incipiente probabiliter.

In signaculo ex vitro musei olim Bartholdiani, iam regii Berolinensis, quod ediderunt Toelken (*Verzeichniss der preuss. Gemmensammlung* Berolini 1835 p. 121 n. 291) et ligno expressum Huebner (in *Hermae* vol. 1 p. 136), ad caput Minervae legitur post tempus adscriptum SOC · SAL · E · SCR. Litterae pulchrae sunt extremi saeculi liberae rei publicae, interpretandae, ut apud Huebnerum l. c. ostendi, *soc(iorum) sal(ario-rum)* — *E(utychi?) scr(iptoris)*; nominantur, ut passim in anulis, tam dominus quam servus, scilicet actor similisque loci homo anulo domini munitus.

7857 vasculum aereum rep. Donigalae (distr. Mandas), iam Cagliari in museo.

AESCVLAPI
C · STERTINIVS · FELIX
V · S · L · A

Recognovimus. Spano *Bull. Sardo* 1856 p. 130 (cf. p. 126), cat. p. 87, Mnem. tab. 15, 1 dedit ligno expressam (inde per Neigeaurium Gerhard *arch. Anzeiger* 1857 p. 72*), lapide expressam in actis acad. Taur. ser. 2 vol. 20 (1863) p. 95 tab. 2 n.

3 V · S · L · M Spano errans.

7858 columna ex trachyte in parte inferiore striata, rep. Serri, est Cagliari in museo.

N V M I N I D E O
H E R C V L I M A R
T E N S hinc E S P E R
I V L I V ^{stri-} M P R I N C
ae
5 ET FL POM in- PEIOS FR III
cipiunt

Recognovimus. Henzen *Bull. dell' inst.* 1858 p. 42 ad ectypum a Spano missum; hic ed. ipse *Bull. Sardo* 1858 p. 82, cat. p. 94, Mnem. tab. 15, 2, *guida di Cagliari* p. 108 ed. 2, *itinerario antico* (1869) p. 27 ligno expressam. Eodem ectypo usus ed. della *Marmora itin.* 1 (1860), 372.

2 Martenses ad vicum Sardum hodie dictum Martis refert Lud. Tocco *Bull. dell' inst.* 1867 p. 176, sed is situs in regione Sassaritana longe distat a loco, ubi titulus prodiit. — 5 non video quid subesse possit nisi id quod commendavit Henzenus: *per Iulium Princesipem* et (duos) *Fl(avios) Pompeios fr(atres tres)*.

VIII. FORVM TRAIANI (*Fordungianus*).

Fori Traiani mentio fit in itineralio Antonini (vide supra p. 778, VIII), in notitia episcoporum regni Vandalici a. 482, quae adiuncta est Victori Vitensi (p. 71 ed. Halm, ubi est *foru troiani*), apud Procopium de aedif. 6, 7: πόλις δὲ πού ἐστιν ἐν τῇ νήσῳ Σαρδῶν, ἣ νῶν Σαρδινία καλεῖται. Τραιανοῦ Φρούριον (Φόρον margo ed. Paris.) καλοῦσι Ῥωμαῖοι ταύτην τευχῆρη πεποιήται Ἰουστινιανὸς οὐ πρότερον οὔσαν. Aquae, quibus locum celebrem factum esse tituli innuunt, videntur esse ἕδατα Ὑψιτανά apud Ptolemaeum 3, 3, 7 Corno subinnecta. Via insulae primaria, qua Caralibus ibatur ad orae occidentalis oppidum nobilissimum

Tharros, imperatoria aetate cum altero capite insulae Turre ita coniuncta est, ut ab Othoca pergeret ad Forum Traiani sine dubio huius ipsum viae causa conditum, inde per mediterranea Turrem.

Paucis titulis ad Forum Traiani effossis adiuncti qui prodierunt in vicis vicinis item mediterraneis Samugheo, Busachi, Ula; qui si recte excepti essent, haberent utilitatem propter Sardorum genuinorum nomina a Romana consuetudine abhorrentia. Pessimis exemplis ut nos parum proficimus, ita quid desit adhuc, monstrabunt ii qui post nos venient.